

do volebat de viro in feminam et de femina in masculum se mutabat ... ista planeta operatur ad eloquentiam ... Vel dic in malo, quod iste Mercurius significat advocatos mundi sapientes, qui sc. habent caput caninum id est insatiabilem avariciam, galerum super caput per sue male intentionis occultationem. Pedes et caput alatos per presumptionem id est superbiam.

De Baccho et eius figura
c. 13 fol. 10^v—11

Sicut ponit Rabanus in libro de naturis rerum et Fulgentius ubi supra:

antiqui attendentes vini virtutem et proprietatem ipsum esse deum in natura crediderunt, quem Bacchum nominaverunt et eidem certam imaginem depinxerunt

... Erat igitur imago puer cum facie muliebri, cum pectore nudo, cum capite cornuto, qui super tigrides equitabat. Ista possunt applicari contra vicium ebrietatis et contra hominem vinolentum, quia revera talis dicitur puer propter ignorantiam insensatam, quam ebrii inscuntur habere ... Muliebrem habet faciem, in quantum ardor et concupiscentia mulierum per vinum in ebriis generatur vel pro eo quod animos hominum effeminat et eos efficit muliebres ... Iste deus dicitur cornutus pro eo quod vinum cornua superbie generat et pro eo quod omnis ebrius faciliter est elatus. Et ideo iste dicitur tigrides, que sunt furibunda animalia, equitare ...

nam et de femina in virum transmutabat.

Eloquens et prudens; et illi assimulantur indices et advocati per avariciam, mundi sapientiam, per presumptionem et superbiam sue male intentionis⁶⁰⁾ misericordia sequestrata. T. Verd(ensis)

Bachus: antiqui virtutem a proprietate vini attendentes ipsum esse deum in natura crediderunt, quem Bacchum nominarunt et eidem certam ymaginem depinxerunt que erat

puer cum facie muliebri, cum pectore nudo, cum capite cornuto, qui super tigrides equitabat; que possunt applicari ebrio

sive vinolento, quia revera talis dicitur puer propter ignorantiam insensatam, quam ebrii noscuntur habere; muliebrem habet faciem, quia concupiscentia et ardor veneris in ebriis generatur vel pro eo quod mulieres animos hominum effeminant et ebrietas eos efficit muliebres; et dicitur cornutus

quia vinum⁶¹⁾ cornua superbie generat; nam omnis ebrius faciliter irascitur et superbitur et equitat tigrides, que sunt animalia furibunda etc.

T. Verd(ensis) Electus.

⁶⁰⁾ Hs.: et sue male intencionis.

⁶¹⁾ Hs.: vinum, danach getilgt sup.